

¶ Quinta pars.

DEICTI IPIIS a facie dñi: et in abyssū inferni ¶ S. i.
sine fine detrusis: mūdo remanēte purgato ac in
dei laudē et gloriā et solaciū beatorū glorificato
.i.in quandā admirandā pulchritudinē p raptu
creature cunuslibet innouato: christus dñs sāctos oēs cū an
gelis btis in gloriā deducet cū iubilo.ac ineterne claritatis
abyssū secū regnaturos phennit introducet. vbi beatā angeli
siles erūt: et creatoris essentiā mūdis cordibus pteplantes:
eterna exultatione gaudebūt. diuine dilectōis ac mutue ca
ritatis possessione deo suo ineternū et inuicē sibi felicitē ad
herebūt. ibi exuberabit eis tanta letitia: tāta celestiū gratia
gaudioꝝ: ut remuneratori suo p tantū muneribus grās sp a
gant: et nullū fastidiū ex ipa affluentū honorū pceptōe su
stineat. Quicūq; ibi erūt et si differentibus meritis abiuvicēz
distabūt: oēs tñ vna pfectōe btī erūt. quia singulis sua p̄mia
suffitientia pr̄sūs erūt. ¶ S. ii. in quo ponit qdā excitatō ad
btitudinē pteplandā. ¶ Nos aut̄ frēs carissimi in hui⁹ mū
dane pegrinatōis erūna nostri exilii penas sustinentes: bo
norū oim egestate squalentes: et malorū oim dispendia pfe
rētes. vndiq; pctōꝝ laqueos hōstiūq; malignorūq; infidias me
tuentes. sed nō satis vigilant aut sollicite p̄cautētes. vndiq; p̄
suras et angustias patientes. cecutiētes in miseriis. torpescē
tes invitisi. uanitatē pveritate. exilium p patria. egestatē
p copia. vilitatē p glā cecitate miserabili seu potius insana
dementia diligētes. ad illā sanctorū gloriā de qua aliquā
tisper prefati sumus: intellectus aciem et mentis faciem ele
uantes: eternevite gaudia contemplēmur. ut eius dulcedinē
palato cordis aliquantulū p̄gustemus: et suavitate degusta
tionis illecti: deum ipm feruentius diligamus: ac ipam glo
riam ardentius appetamus. peccatum vigilantiū caueam⁹
mundi contemnamus. pspera. letiusq; ac leuius sustineamus
aduersa. omnibus quoq; que in mundo sunt funditus mori
amur. Si enī de illius iōnē suavitatis abyssō nobis fuerit
a sūmo largitore pcessū stillāvel modicū p sentire: stativite
pntis tediū finiri optabimus: ac misere pegrinatōis exiliū
nequaq; p patria diligem⁹: sed advitā beatā ardēti desiderio

5x

Quinta pars.

suspirādo tendemus. Notandū est autē qđ ait greg. d. hoc distare inter delitias corporis et cordis solet: qđ corpales delitiae dū nō habent graue in se desideriū accendunt. cū vero habite edunt: comedente p̄tinus in fastidiū p̄ facietate vergunt. At p̄tra: spiritales delitiae dū nō habent in fastidio sūt: cū vero habent in desiderio tantoq; a comedēte āplius eluriunt: qđ ab eluriente āplius comedunt. et idcirco nō habite amari nō p̄nt. quia eaꝝ sapor ignorant. Quis eī amare valet qđ ignorat. Proinde psal. admonet dices. Gustate et videte qm̄ suavis ē dñs. ac si apte dicat. Suauitatē eius nō cognoscitis. quia hūc minime gustatis: sed cibūvite ex palato cordis tangite: ut p̄bantes eius dulcedinem valeatis amare. **¶** **§. iii.** in quo oñdīq̄ debilis et defectua sit hūana cognitionis respectu beatitudinis. **¶** Aduertendū est autē qđ sicut ait greg. in dyalo. p̄mus hūani generis parens postq; de paradisi gaudiis exigente culpa sua pulsus est. in huius exiliū et cecitatis quā patimur erūnāvenit. et illa celestis patrie gaudia qđ p̄t p̄tēplabat videre nō potuit. In paradiſo quippe p̄suuerat verbis dei p̄frui: beatoꝝ āgelorꝝ spiritibus cordis mūdicia et celsitudine vīsiōis interesse. Sed postq; huc cecidit ab illo quo implebat mentis lumine recessit. Ex cuiusvidelicet carne natī: in huius exiliū cecitate audiūimus quidē celestē esse patriā. audiūimus ciues eius esse dei angelos. audiūimus socios eorū esse spūs iusto rū p̄fectorū. Sed carnales quiq; cū inuisibilia p̄ experimentum scire nō valēt: dubitātvtrū ne sit qđ oclis corporibus nō vidēt qđ nimis dubietas p̄mo parēti esse non potuit. qđ exclusus a paradisi gaudiis hoc qđ amiserat se vidisse recoluit. Nos autē recolere uel sentire audita nō possum⁹. qđ eorū experimentū de p̄terito nō tenem⁹. Ac si enī mulier p̄gnās mittat in carcere ibiq; pariēs puerū natū nutriat. adolescētiq; mater solē/lunā stellas/mōtes/colles/et cāpos/aues volātes. currētes equos. varietates colorū. diuersaꝝ nominet genera picturaꝝ. Ille vero natus et nutritus in carcere nihil aliud sciens qđ tenebras: hec audiens nō credet. quia p̄ experientiā non cognoscit. Ita in hac cecitate natī homines dum summa et inuisibilia audiunt: anvera sint dissident. quia sola hec infima in quibus na

Pars quinta.

ti sūtvisibilia cognouerūt. Vnde factū est ut visibiliū inuisibiliū creator hūani generis redēptor veniret: ut dūvisibili ter deū cognosceremus: p ipm factūvisibilē in amore inuisibiliū raperemur. Rursus in corda nostra spiritū sanctū misit: quatinus p eū viuificati crederemus q p experimentū scire adhuc non possumus. Quotquot ergo hūc spiritū hereditatis nostre pignus acceperimus: devita inuisibiliū nō dubitamus. Quisq; aut in hac credulitate nō est solidus: debet pculdubio maior; dictis credere: ac illis iā experimentū inuisibiliū p spiritū sanctū habentibus fidē p̄bere. Nā stultus ē qui matrem suam ideo putat de luce mentiri: qā nihil tale potuit expiri. ¶ §.iii. Qualiter possit homo deuenire in cognitionē btitudinis. ¶ Nos itaq; in cognitionē inuisibiliū & experimentalī degustatoe celestīū inexperti scripture sacre sē tentiis: viroq; pbatissimor; tā p̄tinua exercitatione q subtili p̄teplatōe: q̄etiā diuina reuelatōe celitus instructoꝝ testimoniis et exemplis: fidē plenā indubitan̄ adhibere. Quorū vñus usq; ad tertiu celū raptus: ut inter angelos disceret quod inter homines p̄dicaret. i. ad cor. iii. Quod oculus n̄ vidit nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit: p̄pauit de his q diligunt eū. Sed qm̄ hec sic i generali plata: et sumaria breuitate p̄missa paꝝ alliciut: et in extorꝝ mentes non nutrit: q nō cognouerūt ex paucis multa colligere. nec ex p̄ncipiis p̄clusiones elicere. nec ex minutis ima cogitare nisi e nucleiarius explicent: et velut in p̄ticulas diuidāt. puta si puer pomū grossū porrexeris: aut integrū panē edendū p̄beris: ppter complexionis teneritudinē & oris angustiā negot assū mere. nec nutrit nisi p eius capacitate in p̄ticulas discindat. Ideo diuidam̄ in ptes magna q̄ diximus: ut puulor; gustū afficiat lapidius et mētes efficaciū attrahat. ac aīme advitā eternā vegetatiū nutriantur.

Sermo. ii. de btitudine in spāli: p̄tinēs. §.iii. §.i.

OVm btitudo sit finis ultimus hois: ois ei⁹ desiderii cōpletiv⁹: et duplex sit finis eius. s. int̄sec⁹ et ext̄sec⁹: ē duplex. Est enī qdā btitudo ex̄t̄seca q̄ nos btificat effectiue vicz ip̄e deus. Est ei btitudo int̄seca q̄ nos btificat formalē

Pars quinta.

59

.i.btitudo creata. pma est tanq finis in quo gescimus **§.ii.**
i quo distungunf dotes btitudinis aie create Septē ptes p̄n
cipales a sc̄is et doctorib⁹ assignanf q̄ dotes cōter appellā
tur. quaꝝ tres sūt in aiabus: et q̄tuor in corporibus btōꝝ.
dicunf aut̄ dotes in patria metaphorice: ad similitudinē dotis
in matrimonio carnali. qm̄ sicut ibi dos das sponso a p̄e spon
se. i.advlsū sponsi ppter onera matrimonii sustinēda tñ p̄p̄e
tas matrimonii remanet penes sponsā. Vñ soluto m̄rimoio
carnali: dos remanet penes eā. Sic dos in patria dicis nō qd̄
cunḡ donū datū aie in traductiōe sui in glām: sed donū p̄cip
pū aiam ad actū vite gloriose disponēs: qd dat deus p̄ aie
beate ad possidendū: sed sponso xp̄o ad glām et honorē et
non ad vſū. q̄a bonorꝝ nrōꝝ nō eget. Vel dicas hic dos id qd̄
das sponse ab ipso sponso. sicut dī gen. xxxivii .Sicut dixit sy
chen iacob et filiis eius. Augete dotē et munera postulate.
Et exo. xxii. Si seduxerit qs virginē dormieritq̄ cū ea: dota
bit eā. Dotes ergo aie sūt dona qdā p̄cipua diuinitus ei data
in traductiōe sui in glām: qbus ania deo imediate p̄iungif
tāq̄ p̄ncipio vite sue: et ei pfecte obedit ne p ipsū aia ab actu
glie retardef. Est aut̄ aduertendū q̄ dotes iste p̄p̄e sūt in aia
bus beatis. minus p̄prie in angeliſ. minime p̄prie in xp̄o. q̄a in
m̄rimonio dī esse p̄sensus aliorꝝ. p̄formitas naturaꝝ. distin
ctio psonarꝝ. et de nō sponsa fit sponsa. Hec oia vere sūt iter
xp̄m et aiam beatā . Licet aut̄ p̄mū istorꝝ cōe sit angeliſ. ania
bus et xp̄o. tñ p̄ scdm excludunf anglī. q̄a nō hñt p̄formitatē
in natura cū xp̄o . p̄ alia duo excludif distinctio. q̄a in xp̄o ē
psonarꝝ distinctio. Nō ei hñ anitas in xp̄o psonalitatē: sed
substātificaf in psona verbi. nec hñanitas de nō sponsa assū
pta facta est sponsa. ideo xps nō dī dotes h̄re. **§.iii.** de do
tibus aie in generali. **Dotes aie sūt tres.** videlz apta visio
delectatio suue fruitio/ et secura tētio uel comp̄hensio. fm ali
os seu etiā scdm quosdā fruitio. Sciendū eni q̄ fruitio ipor
tat delectationē in fruēte et adhesione cū re fruibili. Quan
tū ad p̄mū ponif sc̄a dos fm quosdā. q̄tū ad scdm inseparabi
lē adhesionē ponif tertia. Dī aut̄ secura tentio uel potius se
curitas ppetuatōis btitudinis. q̄a fm aug. iii. de trini. Impos

Quinta pars.

sibile est aliquęz esse beatū si nō sit de sua btitudine securus.
Tres iste dotes succedūt tribus virtutibus theologicis. qā fi
dei succedit cognitio sive visio. caritati delectatio vel fruitio
spei uero securitas ppetuationis. Rident etiā tribus poten
tiis anime. quia visio pficit intelligentiā. delectatio uolunta
tem. secura tentio memoriam.

Sermo. iii. de dotibus aie in spāli: p̄tinēs 6. iii. **para. i.**
Duina essētia tota videbit ab oibus b̄tis sed nō totaliter
qā pp̄ter sui infinitatē et imensitatē est incōprehēsibilis cui
libet creature. nec aliter etiā videbit: sed limpidius ab vno q̄
alio. Hec aut̄ diuersitas erit non ex pte deivisibilis. qā pp̄ter
suā simplicitatē nō p̄t uideri qn totus uideat. sed ex pte ui
dentiū inq̄tū una potētia magis erit pfecta lumine glorie q̄
alia: pfectus opabitur circa unū et idē obiectū. Sicut sol e
qualr̄ se rep̄nitat oculis oīmvidentiū: tñ nō oēs equalit̄ vidēt
et aspiciūt in illū. sed aliter et aliter fm q̄ oculus est magis
uel minus dispositus advidendū. Et eadez littera a diuersis
legentibus nō eq̄l̄ intelligit ab oibus. sed vnum subtilius z p
fūdius itelligit eā q̄ alt. q̄ diuersitas nō ex pte littere: sed ex
parte legentiū dinoscit puenire. Hec aut̄ b̄tāvisio dicit̄ imē
diata. q̄ a video diuina essētia a b̄tis sine medio deferente z
sine medio obnubilante: nō tñ sine medio disponēte. Vide
bit inq̄ sine medio deferente. in cognitōe enī sensibili regr̄s
mediū deferens. sicut p̄z invisu et auditu ubi regr̄s aer me
dius int̄ potentia et obiectū: deferēs sp̄z ab obiecto vslq̄ ad
oculū uel aurē. Vñ: impedit̄ actus vidēti uel pp̄t nimiā di
stantiā: qñ tāta ē qnō p̄t sp̄svisibilis deferri usq̄ ad oculū
uel pp̄t indistantiā. qā obiectū uisibile sup̄ oculū positiū n̄ ui
det̄. et sic p̄z q̄ ad actuū visiōis regr̄s mediū deferēs. qā nō est
uifio p̄ distātiā: sed p̄ pñtiā. qā de⁹ ubiq̄ pñs ē p̄ essētiā et ē
itimior aie q̄ ip̄a sibi. Videbit̄ etiā sine medio diuidētev̄ se
pāte qđ est culpa. Sicut dicit̄ isa. l ix. Pctā vestra diuiserūt
int̄ uos et deū uestrū. Itē sine medio obnubilatē: sicut ē me
diū creature. qā mediātevestigio creature manuducit hō in
cognitōzdei. Sic habef̄ ro. i. Inuisibiliā dei a creatura mudi

Pars quinta.

id est ab hoīe p ea q̄ facta sunt intellecta p̄spiciunt̄. Item sine medio figure quo medio patriarche et pp̄he manuducebat̄ et manuducebant antiquitus in cognitionē diuinor̄. Sicut ait apl̄s. i. ad cor̄. x. Oia in figura p̄tigebat illis. Itē sine medio scripture: ibi enī nō indiget beati ad cognoscendū deū rōnibus phō̄: nec auctoritatibus scripturā. nec testimonij sāctōr̄. i. ad cor̄. xiii. Siue pp̄hetie euacuabunt̄. siue lingue cesabunt. siue sc̄ia destrueb̄t̄. Itē sine medio fidei: videmus ei nūc p̄ speculū in enigmate: tñic aut̄ facie ad faciē. Cū aut̄ venērit q̄o pfectū est: euacuab̄t̄ qd ex parte est. auferet̄ ei om̄ne enigma et oīs obscuritas. Euacuab̄t̄ etiā fides. quia fides ē nō apparentiū. fidei aut̄ q̄ nunc est succedit visio manifesta. nūc enim sumus in tenebris: ibi autem in lumine claritatis. Et hoc est mediū disponēs ad visionē dei de quo dictū est q̄ deus nō videb̄t̄ sine medio disponēte. Vñ psal. In lumine tuo videbimus lumen diuinitatis tue: hoc est lumen viuificans/clarificans/simplificans/ac p̄ hoc deiformē efficiens: et deo assimilans. Vñ. i. Ioh. iii. carissimi nūc filii dei sumus: sed nondū apparuit quid erimus: cū aut̄ apparuerit filies ei erimus qñ videbimus eū sicuti est. Hic aut̄ sciendū est q̄ deum videbimus in se et deū in nobis et nos in deo et deum in singularis creaturis et creature in deo. cognoscere deū in se/ id ē in essentia sua vocat̄ cognitio meridiana. Cognoscere creature in verbo in pp̄rio genere: vocat̄ cognitio esptina. Attendendū est etiā q̄ aīe beate vidēdo deū simul et semel vni ca visione vident oia q̄ sunt eis necessaria ad integritatē beatitudinis. Alia vero nō vident nisi q̄tū et qñ et quō placet ei reuelare quia claritas eius est speculū: ideo relucēs in eo species/id est idee oīm fiendor̄. Sed speculū est voluntariū: ideo aliqua reuelat aliqua nō. et quedā vni q̄ nō alteri. qdā in uno tpe q̄ nō in alio. et hoc sīm bñplacitū bone voluntatis: nulla tñvicissitudinis mutatione in se facta. Aīe quoq̄ beate sunt qdā specula sp̄ualia admodū speculi diuina in se rapientia claritatē. Vnde quēadmodū materiali sole in sua maxima virtute lucente: radiosq̄ suos sup̄ speculū solidum de calibe pollitum et tersum perpendiculariter emittente huiusmodi

Quinta pars.

speculū in se recipit similitudinē solaris luminis intantū ut alter sol p̄tuentibus videaf. et qui talevidet speculū sole videt tantęq; claritatis efficie ut nullus sufferre posset aspectus: s̄z reuerberatus nimietate luminis obtundaf. Sic et multo fortius in anib; beatis q; sunt specularis nature ut dictū est: p̄specturare debemus. Ex influētia enī illius incōmutabilis et incōprehensibilis claritatis recipiūt radios luminosos. nō so lum in superficie sicut materiale speculū recipit radios solares sed in intimis suis ut eis totaliter penetrēf. et sic oīno deiformes effecte in eādē imaginē trāsformenf. Qđ etiā virtute p̄templatiōis quodāmodo inchoaf in via. sicut ait apls. ii. ad cor. iii. Nos aut̄ gl̄iam dñi speculātes in eandē imaginē trāsformamur a claritate in claritatē tanq; a dñi spū. sed qđ fit hic fit impfecte: ineffabiliter in gloria p̄sumaf. Exemplū grossū & materiale potes hic aliqualr adaptare de ferro igni to qđ ab ignis virtute totūvndiq; vſq; ad intima penetraf: et adeo indiuisa sunt ignis et ferrū: ut qui videt ferrū/ignē vide re se videat plusq; ferrū: et sic a natura sua imutari videf: et i p̄prietates ignis mirabilr transformari: ut actōnes ignis et spēm plus videaf assumpſisse q; ferri ¶ §. ii ¶ Scda dos aie est fruitio sue delectatio. Est aut̄ delectatio sicut ait august. xiiii. de cui. dei: piunctio p̄ueniētis cū p̄uenienti cum sensu eiusdē. In patria aut̄ erit pfectissima piunctio aie cuiuslibet cū deo. Cū igif sūma sit p̄ueniētia inter aīam et deū: sūma erit ibi delectatio deo et in deū. Ceterū cū tanta sit delectatio in re adepta q̄ta est res ipsa. et deus sit infinitū, imensum, ineffabile, incomprehensibile bonū: delectatio quā habet quelibet aia in deo est imensa, ineffabilis, incomprehensibilis scdm capacitatē aie cuiuslibet p̄fruētis: et esset infinita si capacitas aie poss̄ capere infinita. Est aut̄ differēs in diuersis nō ex parte obiecti fruibilis: sed ex parte fruentiū animarū Nā beati quāto lumine glorie sunt pfectius illustrati: et ip̄a illustratione pfectius deiformes effecti: tanto diuinā essentiā accutius p̄templanſ et in ipsa p̄templatiōe amplius delectanf. Hec ineffabilis et incomprehensibilis delectatio q; fructio nūcupat̄ inchoaf in dei clarissima p̄visione. Ideo tota be-

Pars quinta.

titudo quandoq; dicens p̄sistere invisiōe. sicut ait aug. Visio ē tota merces. Et iohā. xiii. dicit saluator. Hec est vita eterna ut cognoscant te solū verū deū: et quē misisti iesū christum. Nam diuine claritat̄ immensitas ip̄a sua pulchritudine virtualiter trahit: et immensa dulcedine rapit ad se oēm spiritum cōtuentem. ut a se deferens se toto feraſ in ip̄m. totusq; transeat et transferaſ in ip̄m . ac abyſſo incōphensibilis lucis absorptus. et quicquid creatū est in semetip̄m oblitus: quodam ineffabili modo deificatus: ip̄ius dei p̄cordis intimesſ Vnde aug. ait. Tanta est pulchritudo iustitie. tanta iocūdi tas lucis eterne. hoc incōmutabilis veritatis atq; sapientievt etiā si non liceret amplius in ea manere q̄ vnius diei mora ppter hoc solū innumerabiles āni huiusvitæ pleni delitiis et circūfluentia tp̄alium bonor̄ recte meritoq; temnerenſ. Et addit berñ. Cui compata oīs aliunde suavitas dolor est. oīs iocūditas meror. om̄e dulce amar̄. om̄e decor̄ fedū. om̄e quodcuq; aliud delectare posset molestuz. cū dei bonitas in infinitū excedat omnē aliā bonitatē. Idem quoq; augu. ait in psōna domini. Ego ero illis quecūq; ab hominibns hone ſte desiderant/vita/salus/vict̄s copia/gloria/honor/pax: et omnia bona. Sic enī erit ipse omnia in oībus. ipse erit finis desiderior̄ nostror̄ qui sine fine videbiſ. sine fastidio amabi tur. sine fatigatione laudabiſ. Vnde ſeip̄m p̄mittens moysi exodi. xxxiii. Ego ostendam tibi omne bonum. Et sapi. pro uerbi. xi. Desideriū iustor̄ omne bonū. Et idem. x. Desideriū ſuum iustis dabib̄. Vnde tunc complebiſ omne desideri um nostrū et hūanus oīno terminabib̄ appetitus. ps. Satia bor cū apparuerit gloria. Nec obſtat quod dicitur eccl. xlī. Quis faciabiſ videns gloriā dei: qm̄ non erit ibi facetas q̄ desiderium ipleaf. Simul ergo eſt ibi facetas et esuries. facetas quidē ex abundatissima plenitudine ſūmi boni. Esuries quidē ex continuato ſemp desiderio fruitōnis. Facetas ergo tollit indigentia. esuries autē excludit fastidiū. In hoc enī differunt corpales delicie a ſpūlibus. quia corpales oīno dum non habenf: graue in ſe desideriū accidunt. cū ve ro habite edunf: contedentē p̄tinus in fastidiū p̄ facietatez

m.i.

Quinta pars.

vertūt. Sed spūales dū nō habenf in fastidio sūt: cū vero ha-
benf in desiderio: tātoq; a comedēte āplius esuriunf q̄to ab
esuriēte āplius comedunf. Nā de visiōe q̄ beati āgeli deū vi-
dent dicis math. xviii. Angeli eoꝝ spvidēt faciē patris: tñ
spvidere desiderāt. sicut dicis. i. petri. i. In quē desiderat āgli
spicere. vñ ex magne deuotōis spū dictū est .miranf nec de-
ficiunt in illū quē p̄spiciūt. fruunt nec fastidiunt quo frui ma-
gis sitiūt. ¶ S. iii. Tertia dos aie est secura tentio. tentio
quidē: id est pfecta possessio sine amissione. et secura sine du-
bitatione. Neq; enī beati essent si deū amittere formidarent
Aut aut āsel in li. de silitu. Dico enim q̄ si illa bona celestia
beatus aliquis pditurus est: aut ipse volet ea pdere sua spōte
aut deus volet ei nolēt ea auferre. aut aliq; alius fortior su-
pueniens ea tollet ab eo: deo et illo nolēt. Sed certe nec ipē
abieto tanto bono in miseras q̄s euassis gaudiōsius exul-
tabit decidere volet. nec vllus eo fortior supueniet qui deo iu-
stū p̄tegente illi inuitu aliquatenus ea tollet. et sic p̄z q̄ beatū
de sua eterna et imarcessibili gl̄ia sunt securi. hec aut̄ securi-
tas om̄s alias beatitudinis partes q̄ nō pfecte p̄nt haberi sine
illa p̄firmat: aiasq; btōꝝ in maxia pacis trāquillitate getat.

Sermo. iii. de dotibus corporis

p̄tinens paragraphos. v. ¶ S. i.

Dotes corporꝝ beatorꝝ sunt quattuor. videlicet claritas/
impassibilitas/subtilitas/et agilis. Cū enim forma de
beat pportionari materie: in illo statu future resurrectionis
disponenf corpora scdm exigentiā et decentiā aiaꝝ. Vnde
sicut corpora dānatorꝝ ex ordinatione diuina habebunt di-
spositiones eoꝝ miserie r̄identes sic corpora beatorꝝ habe-
bunt dotes et p̄prietates illi statui pdecētes. Damnatorꝝ qui-
dem corpora demeritis eorū exigētibus et diuina iustitia hoc
agente: erūt turpissima/fedissima/debilissima/et pōderofis-
sima: ut ex eoꝝ vilissimis p̄ditionib; aie dānatorꝝ desolabi-
liter p̄grauenf: et ex eoꝝ cruciatibus eorꝝ miseria et supplici-
um augeaf. Corpora vero beatorꝝ habebūt p̄ditiones oīo p̄tra-
rias: sic miro modo pportionatas beatitudini aiaꝝ: ut cino
sint eis subiecta et pfecte obedientia. nullomodo retardātia

Pars quinta.

tas uel impedientia ab actu glorie. qui mo ineffectiblē sublimabunt sup statū cuiuslibet corporee creature: ut ex eorū dotib⁹ gloriosis animarū beatitudo amplius augeat. Preter hoc autem q̄ aīa beata corpori suo inseparabilē vniat: ut forma incorruptibilis in statū incorruptionis corpori suo esse ī corruptibile tribuat: cōpositione ex p̄trariis nō obstante. hoc enim cōter p̄uenit tam reprobis q̄ beatis. Evt̄lerius ex hoc q̄ anima ad statū glorie sublimabit: decens erit vt corpus ei vnitū ad tales glām que tali corpori deceat et qua p̄porcio nale fiat anime sublimetur. Ad hoc autem q̄ corpus sit p̄fecte subiectū anime nec eam impedit ab actu glorie quattuor requirunt. quoꝝ duo p̄tinent ad sensū. alia duo p̄tinēt ad motū. Quo ad sensū enim necessariū est q̄ corpus sit facile receptible sensibiliū specier̄: et ad hoc disponit claritas. Aliud q̄ non sit receptible passionū ignobiliū: et ad hoc disponit impassibilitas. Quo ad motū requirunt̄ duo. vnū est q̄ p̄ inclinationē p̄trariā suo motori nō resistat ad qd̄ disponit agilitas. Aliud est q̄ a corporibus extrinsecis p̄ que mouet ei resistentia nulla fiat: ad qd̄ disponit subtilitas. De origine istar̄ dotū dicunt aliqui q̄ erant a deo p̄ creationē: sed mediāte beatitudine anime p̄ redundantia sc̄z anime in corpus suū. sicut expresse videt dicere august. ad dyoscor. dicēs. Tā potentē fecit deus animā vt eius plenissima beatitudine que in fine tempor̄ sanctis p̄mittit̄ redūdet in inferiorē naturā q̄ est corpus. nō beatitudo que est fruentis et intelligentis p̄pria: sed plenitudo sanitatis et incorruptionis vigor. S. ii.
 de qualitate corporis gloriōsi. Circa hoc igit̄ attende dili-
 genter et subtiliter sic q̄ sicut beata anima clarissimavisione
 illius inaccessible lucis fruens quadā spirituali claritate re-
 plebitur: ita per quandā redundantia ex anima in corpus ipsi-
 sum corpus suo modo claritatis sibi cōpetentis gloria vestie-
 tur. Vnde dicit ap̄ls. i. ad cor. xv. Seminat̄ corpus in igno-
 bilitate: surget in gloria. Quia corpus nostrū nūc est opacū
 tunc erit clarū. Sicut ait apostolus ad philip. iii. Reforma-
 bit corpus hūilitatis nostre p̄figuratū corpori claritatis sue
 Et aduerte q̄ cū aliquid dicis clarū dupl̄. aut quia peruum
m. ii.

Quinta pars.

sicut vitrū dicit̄ clarū uel aqua dicit̄ clara. aut q̄a lucidū sicut stella dicit̄ clara. corpora gl̄ificata utroq; mō sunt clara. i. p̄uia et lucida. p̄uia quidē sicut ait greg. sup illud iob. xxviii. Non adeq; ei aut̄ : beator̄ criniū corpora sibi inuicē et claritate fulgēt et puritate trāfluent: ita q̄ vniuersiūs; mentē ab alterius oculis mēbris corporalētā nō abscondet. sed patebit oīm oculis. ipsa etiā corporis harmōia sic q̄ vnuſquis; erit p̄spicabilis alteri. sicut nūc nō pōt esse p̄spicabilis sibi ipsi: Et aug. xxii. de ciui.dei. Omnia mēbra et uilcerā incorruptibilis corporis nunc videmus p̄vuls necessitat̄s varios distributa. qm̄ tūc nō erit illa necessitas plena/ certa/ secura/ et sempiter na felicitas p̄ficiens laudibus dei. O m̄s quippe qui nunc latent harmonie corporalis numeri: nō latebūt intrinsecus et extrinsecus p̄ corporis cūcta mēbra dispositi. lucidavero erunt corpora beator̄. sicut ait dñs math. xiii. Fulgebūt iusti sicut sol in regno pris eorū. nūc aia fidelis oculos cordis apiat et dilatato mētis fini p̄sideret ineffabilē pulchritudinē corporum b̄tōr̄ fulgebunt inquit sicut sol. imo certe plusq; sol mō fulgeat. quia fulgebūt sicut sol fulgebit post iudiciū recepta gloria sua. i. immēsa pulchritudine claritatis. De q̄ loquens isa. xxx. ait. Erit lux lune sicut lux solis: et lux solis septēplūciter sicut lux septē dieb̄. Claritas ergo corpor̄ beator̄ excedet in septuplū modernā solaris luminis claritatē. Hic etiā sciendū q̄ corpora beator̄ nō equaliter erūt clara. quia cum eorū claritas causest ex redundantia claritatis anie in corpus suū. q̄to aia pfectius deūvidet et ex diuinavisione sp̄uāliter sit clarior: tanto corpus eius maiori claritate refulget. et hoc patenter insinuat apls. i. ad cor. xv. Alia claritas solis. alia claritas lune. alia claritas stellar̄. stella enim a stella differt in claritate. sic et resurrectio mortuor̄. Vides igitur aliquāliter quanta sit claritas singulor̄ corpor̄ ex redundantia animarū. Nunc ulterius considera quanta erit ex redundantia claritatis singulor̄ in singulos et vniuersor̄ in omnes: non est dubiū q̄ quanto plura sunt lumina: tanto maior est eorū refulgentia. Cū ergo in gloria innumerabilia sint futura corpora gl̄iosa ineffabili claritate radientia: quātus erit fulgor

89

¶ Quinta pars.

btōꝝ oīm in patria. Bñ ergo dicit btūs Io. apo. xxi. Ciuitas illa nō eget sole neq; luna ut luceat in illa. adhuc adde qd ibi dem ait. Nā claritas dei illuminabit illā. Spūalis qppe claritas deitatis illuminabit aias scdm differentias meritorꝝ: et christi claritas corporalis illuminabit corpora btōꝝ. Vn sege Et lucerna eius est agnus. Signū pnosticū aliquale et qslive-
stigiū huius claritatis future oñdit christus in sua transfigu-
ratiōe. math. xvii. vbi dicis q resplēduit facies eius sicut sol
Si tantā claritatē oñdit in corpe adhuc mortali: ut nullus eā
sustinere posset aspectus. ppf qd illi btī aplī ceciderūt in fa-
cies suas stupefacti/inebriati/alienati/virtute pariter defici-
entes et sensu. Vn petrus incipiēs loqui nesciebat quid dice-
ret. q̄ta īmo q̄inestimabilis et inexcogitabilis est claritatis.
eius imensitas quā nunc habet in corpe ḡlioso et cōicatione
sua liberali diffundit et influit in electos. et si tanta sit futu-
ra ḡlia claritatis in corporibus: pculdubio p̄fus incōpabls
erit claritas in beatissimis aīabus ¶ §.iii. de scda dote q̄ est
agilitas. ¶ Aia etiā q̄ diuina visiōe frueſ vltimo fini p̄iuncta
expieſ desideriū suū in oībus adimpletū. Et q̄a ex deside-
rio aie moueſ corpus: psequēs erit q̄ corpus spūi ad nutum
obediet in mouēdo. Vn dicit aug. xxii. de ciui.dei: q̄ vbiq; q̄ voluerit spūs: ibi ptin⁹ erit et corpus. Et hoc est qd dic apls
Seminaſ corpus in infirmitate: surget in virtute. Infirmita-
tē expimur in corpe. q̄a inualidū/pōderosū et graue inueni-
tur ad cōplendū desideriū aie in motib; et actionib; q̄vo
luerit impare: q̄ infirmitas totalr aufereſ a corpe exvirtute
aie deo p̄iūcte in corpus. ppriū redūdante. Erit aut in eis mo-
tus nō pppter necessitatē: cū nulla sit in eis indigētia. q̄a nul-
lo indigere p̄t q̄ deū hñt: sed ad virtutis demonstratiōe.

¶ §.iii. de ipassibilitate. ¶ Sicut aut aia deo frueſ desideri-
um suū sentiet adipletū q̄tū ad adeptionē plenariā oīs boni
ita impletū erit eius desideriū q̄tū ad remotionē omis mali
q̄a cū sumo bono nullū malū pōt locū. Corpus igif pfe-
ctū p̄ aiam ḡlosā pportionabilr anie totalr liber; et imune
erit ab oī malo q̄tū ad actū et q̄tū ad potentia. Quantū ad
actū quidē q̄a nulla corruptō>nulla difformitas/infirmitas

¶ Quinta pars.

debilitas, uel defectus remanebit eis. Quantū ad potētiā ve
ro qā nō poterunt aliquid pati qd sit eis molestū. uel qd ullā
inferat eis lesionē: et ideo dicunt̄ impassibilia. q tñ ipassibili
tas nō excludit ab eis passionē q est de rōne sensus. vtens enī
sensibus scdm ea q incorruptiōis statui nō repugnat. Ad hāc
impassibilitatē oñdendā dicit apls. i. ad cor. xv. Seminat̄
corpus in corruptiōe: surget in incorruptionē. Et iter̄: opor
tet corruptibile hoc induere incorruptionē: et mortale hoc i
duere imortalitatē. **¶** S. v. de quarta dote q est spūalitas.
Rursus aia deo fruens pfectissime adhērebit ei et eius boni
tātē participabit in sūmo: fm q erit possibile capacitatē sue
sic etiā corpus eius pfecte subdef aie et eius pprietas parti
cipabit qtū erit possibile in pspicacitate sensus et ordinatiōe
corporei appetitus ⁊ oī modo cōueniēti pfectiōi nature. Nā
vnūqđqđ tanto pfectius ē in natura: qto eius materia forme
sue pfecti⁹ est subiecta. Vn̄ corpora btōr̄ dicunt̄ esse spūalia si
cut ait apls. Seminat̄ corp⁹ aiale: surget corpus spūale. Spi
rituale quidē erit. nō qā fiat spūs. sicut quidā male intelligē
tes dixerūt. siue p spm̄ intelligač creača spūalis. siuevētus. si
ue aer. sed qā oīno subiectū erit spūi sicut et nūc dī aiale. nō
qā sit aia: sed qā aialibus passiōibus subiacet et alimonia in
diget. Patet igī ex p̄dictis q sicut aia hois ad celestiū spiri
tuū. i. āgelos glām sublimabif: ut deū p essentiā videat: ita
corpus eius ad pprietas corpor̄ celestiū sublimabit: ut sit
clarū/ipassibile/sine labore et difficultate mobile: et pfecti
sima sua forma pfectū. Et ppter b̄ dicit apls. resurgētiū corpora
celestia et sūt corpora trestria. subiūxit: q alia est celestiū glā
alia terrestriū. Sic aut̄ glā ad quā sublimat̄ aia excedit natu
ralē virtutē celestiū spūum: ita glā corpor̄ btōr̄ excedit na
turalē pfectionē celestiū corpor̄. Est ei eoī claritas fulgēti
or. impassibilitas firmior. agilitas facilior et velocior. ⁊ spiri
tualitas nature pfectior. sicut manifestū est spūalr̄ intuenti.
Hee sunt ergo dotes glētres aie et quattuor corporis: sicut sūt
a sanctis doctoribus assignate.

¶ Scrm̄. v. de septē partibus beatitudinis
ad animā p̄tinētes: p̄tinens. p. viii. **¶** S. i.

Quinta pars.

90

Anselmus autem in li. de sicutu. xiiii. beatitudinis ptes enumerauit. septem ad aie et. vii. ad corporis gloriam ptnetes. Ait enim sic. xiiii. sūt beatitudinis partes q̄s finito generali examine pfectius om̄s electi habebūt: et totidē miserie genera que tūc om̄s reprobi sustinebūt. Septē beatitudinis ptes ad aie gloriam ptnetes: sūt/sapīa/amicīcia/pcordia/honor/ptas/securitas/et gaudiū. Septē vero ptnetes ad corp⁹: sūt/pulchritudo/agilitas/fortitudo/libertas/sanitas/voluptas/et lōgeuitas. Ista ut estimo sūt q̄.pter se et.pter q̄ alia queq̄ appetuntur. Si autem in his aliqua sūt q̄ aliquā fui dei nō appetuntur: sed sumope in hac vita refugiūt: ut sūt verbi gratia. pulchritudo corporis et voluptas. hoc vtiq̄ nō est. q̄a naturalē ea n̄ appetuntur sed ne deū quō in ipsis offenduntur. Nā si nil offensionis in deū p̄ ea p̄trahi posse certe sentirent. uel se ab eternoꝝ bonorum amore impediri nō ptimescerēt: pfecto iocūdus in ipsis q̄ i eoꝝ p̄trariis deducerent. Quicūq̄ om̄s illas beatitudinis ptes h̄re poterit: pfectā aie corporis beatitudinē possidebit. Partesvero miserie plibatis beatitudinib⁹ p̄trarie hee sūt/insipiētia/inimicīcia/discordia/dedecus/impotētia/timor/tristitia turpitudo/pōderositas/ibecillitas/fuitus/infirmitas/anxietas/vite breuitas. Quicūq̄ has om̄s miserie partes tolerare p̄tigerit sūme corporis et aie miserie subiacebit. Verū nec vna illius beatitudinis: uel vnā huius miserie ptes q̄sq̄ in hac vita pfecte pōt h̄re: nec rursus ex toto ea carere. In aliaverovi ta aut pfectā h̄ns beatitudinē: nullatenus subiacebit miserie aut sūme subiacēs miserie oīmode beatitudine carebit. Qd ut totū cōprobare possumus p̄ singulas beatitudinis ptes per ordinē discurramus. **S. ii. de sapientia.** **P**rima pars beatitudinis ad aiam ptnetis est sapia. Hec autem in futuravita tāta bonis erit ut eoꝝ que scirevoluerint nihil sit qd ignorent. bonus enim pfecta q̄ deus est sapientia replebit eāq̄ facie ad faciēvidebit. quā dum clare p̄spicit naturā cuiuslibet creaturē videbit potius q̄ in se ipsavidere que in deo melius q̄ in se ipsa consistit. Tūc enim iusti cuncta scient quecunq̄ deus fecit tam ea que p̄terita q̄ ea q̄ postmodū sunt futura. Ita et a singulis omnes ibi et ab omnibus singuli cognoscētūr. nec

m.iii.

Quinta pars.

quęq̄ oīno latebit q̄ patria, q̄ gente, quā stirpe quis fuerit ori-
undus. Cū aut̄ supius dictu sit p̄vnius cuiusq; mente ab alte-
rius oculis mēbroꝝ corpulētia nō abscondet: et hic dicat aſel
q̄ a singulis oēs et ab oībus singuli cognoscenſ. Pōt aliquis
mouere et qrere vtrū pctā q̄ feci videbūt om̄es: absit hoc. Ea
eni p̄fessus sū ut delerenſ et obliuionis darens ut nulli āplius
panderenſ. R̄ndet aſel. Cū tu in illa ḡha ab om̄i criminū
sorde purgatus vultui dei p̄n̄ astiteris: ingratus ne ei pote-
ris esse. p̄ tanta mia quā tibi fecit p̄ illis dimissis delictis. Nō
inquieris: etynde inq̄ grās ages si nihil eorū vnde gratias age-
re debeas in meōria tua habeas. vt iḡis in illius laude eterna
liter iocundaris ſēp de q̄ta miseria lis erutus: utputo coram
oculis mētis habebis. Cum ergo singulorū p̄ſcientie singulis
pateat: audeo fateri ea queq; pctā cunctis electorū patere: p̄
quorū curatiōe tu deo gratiosus existes affidue. non ad tuā
p̄fusionē: sed ad magnā dei miām: eius quoq; glorificationē
tuāq; p̄gratulationē. Non eni tūc p̄ peccatis te maior angu-
ſtia cordis p̄meſ: ſcelere ve tuorū magis pudicit q̄ aliquē ma-
gnis olimvulneribus fauciatur: iaq; ex omni parte sanatum:
aboliti lāguoris molestia p̄mit. uel nūq; eorū que in cunis po-
ſitus infans egit: nunc grandeū pudet. Tunc quippe cū in
tegra sanitas/ pfecta mūdicia/ plena remiſſio/ ſecura om̄ini
offenſionū impunitas tibi certo arriserit: cognitio uel reco-
gnitio pctōrū tuorū in nullo tibi horro uel cofusioni magis
effe valebit: q̄ est modo beato petro ap̄lorū p̄ncipi qua chri-
ſtuz negauit abiuratio sua. uel beate marie magdalene pctā
ſua: et multis aliis que ſciunt̄ deuote criminā penituisse sua
Verū ſup hoc agnitis delictis ſuis uel enormi ac feda infir-
mitate ſua: pietas/ virtus et ſapiētia medici q̄ te ſanauit ſub
limius a cunctis/ admirabif/ laudabif et magnificabif. Laus
aut̄ et magnificētia ḡlie dei: tua ſi bñ aduertis ḡha eſt. Sic
iḡis patet q̄ oīm peccatorū tuorū ſine dolore recordaberis: z
om̄ea ſine tui p̄fusione videbūt: ſed potius hoc ad dei miſe-
ricordiā ſondendā et gratiarū actionē iugiter exſoluendam.
Perpende ſi potes q̄ grata ſit iſta ſapiā qua tu ſicut ab oībus
cognolceris: ſic a te om̄s et ſingli cognoscenſ. ¶ Q. iii. de ami-

Quinta pars.

91

cacia. **S**exta pars beatitudinis est amicicia. pfecta autem amicicia: est quod ad inimiciciam quereri non potest. Boni queque sic deus omnesque alii boni diligunt ut eum odio ultra habere non possint. Quantum namque seipsum quisque: tantum et tandem diligit et alterius. Cum omnes unum corpus christi sint et christus omnium caput: non minor fesse affectu amplectuntur quoniam corporis membra sibi in unicem copulantur. Putas ne abundas eris in dilectione quam hic tibi fuerit in possessione. et cum ista transieris illud perpetuare per quem tibi oia bona puenere: et percipies quod ille plus quam tu te ipsum et quam omnes alii se incomparabiliter amet. et tu super te ipsum et super omnes alios ineffabili quadam suavitatem illum amabis. **V**nus augustinus super anserem in psologion. Si delectat amicicia diligunt deum plus quam seipso: et in unicem tanquam seipso et deus illos plus quam illi seipso. Si igitur in hac vita misera iocundum est habere amicum verum et fideliter: et delectabile est amicis puiuere. propter quod dicit sapiens ecclesiastice. xxvi. Beatus qui inuenit amicum verum. quia tunc erit iocunditas tantos tales et tot amicos tam perfecte fideliter et veraciter diligentes habere: et ipsum fontem amicicie possidere. Augustinus. Nulli superiori nullus inferior inuidet. Sicut non inuident archangelis angeli ceteri. habebit alius alio donum minus: ut hoc quoque donum habeat nec velit amplius. Tanta erit ibi amicicia quod ipsis deum plus diligent quam seipso: et deus illos plus diligit quam ipsis seipso: et tanta vis caritatis omnes sibi sociat: ut unusquisque quod in se non accepit: in alio se cepisse gaudet. **C**apitulo iii. de concordia. **T**ertia pars beatitudinis est concordia. Concordiam tam raram habet hic homo ut nec ipse cum aliis nec alii secum immo nec ipse semper sibi metit ipsi concordem. Sic enim corpus et anima dissident ut quodcumque appetit: alterum non licet. Sicut ait apostolus galatians v. Caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem. hec enim sibi in unicem aduersatur. Et romans vii. Inueni aliam legem in membris meis repugnare legi mentis mee. In alia vero vita in summa consistunt concordia. Corpus enim et anima cuiuslibet sancti immo omnes iusti sibi in unicem tante erunt concordie: quante in presenti sunt oculi nostri. Sicut enim oculus unus verti non potest quo et alius non vertatur: sed semper in eadem partem

¶ Quinta pars.

voluntate. sic corpus et anima vel societas illa iustorum poterit velle diuersum. sed eandem semper voluntatem habebunt. corpus unum erimus. ecclesiavna. sponsa una christi erimus quicunq; ibi erimus. ipsa dei voluntas diuersa non erit a tua: sed sic tu quod ille sic: et ille in cunctis quod tu. Caput namque a corpore suo quomodo dispareat. aderit omnibus omnis sufficiencia quam perficit singulis unanimis et plena concordia. ¶ Paragra. v. de honore. ¶ Quarta pars beatitudinis est honor. Homo ab omnibus invita hac appetit honorari verbis eorum aut factis. Verbis quidem ut eum collaudent. Factis autem ut sibi obediant. Sed cum honorem huiusmodi appetat tale est ac sivnus mus ab aliis laudari querit: eisque in regimine propone. hunc tamen honorem licet nullus sit: tamen pene nemo potest hic ad plenum habere. Nullus enim est imperator qui ab omnibus laudes: uel ab omnibus aliis proponeat. In futuro autem iustus quisque verum et perfectum honorem in patria sequitur. Cuiusmodi vero sit hic honor breui consideremus exemplo. Ecce sit ante oculos nostros positus aliquis pauper omni solatō destitutus ulcerus et aliarū infirmitatū feditate corruptus: et omni quo tegans a frigore tegumento nudus. hunc igitur tales modis iacentem in nullo semetipm iuuare valent. si rex aliquis potentissimus transiens videret: eiusque misertus vulneribus mederi iuberet: curatus suis regalibus ornamenti in dutum sibi precepit pati: in filium adoptaret ac inde principem retinet in regno suo tamquam filius suus a cunctis haberet. atque in nullo quod imparet a quoque tradicere. heredemque suum filiumque sui proprii coheredem institueret: et eum vocari noie suo vellet. nonne dices huc magnifice et sublimiter honoratus? Et certe deus hec omnia nobis faciet. Natos enim de putredine carnis reptiles multis miseriis omniq; solatō destitutos: omniq; infirmitatē passionibus obnoxios. peccatisque ac corruptibilitatis velocibus plenos sola misericordia adductus accipiet et curabit. nos sanitati restitutos ornamenti perfecte iustitie et incorruptibilitatem ornabit. adductos ad se in filios adoptabit. regni sui consortes efficiet: et heredes filiorum suo virginito sibi per omnia coequali: et coomnipotenti concordales constit-

72
Quinta pars.

tuet et heredes: omniq; creature iubebit ut in omni qd volemus nobis obediāt. vocatosq; noīe suo nos deos efficiet. Ipē enim dicit. Ego dixi dii estis et filii excelsi om̄s. Sed ipse deus est p essentiā. tuvero p participationē. sicut testaf petrus .d.i.petri.i. Ut efficiamini diuine p̄sortes nature: ipse deus est deificans: tuvero deus deificatus. Augusti. Ibi erit verus honor qui nulli negabif digno: nulli confereſ indigno. quia nec ambiet ad eum vllus indignus: vbi nullus permitteſ esse nisi dignus. Attende fidelis anima q̄ inestimabilis erit honor a sumo rege regum: manu ppria coronari et diademate perhennis glorie decorari. non in mundi sterquilinio: sed in celi palacio in cōspectu innumerabiliū angelorū et sanctorū omniū immortalitatis stolavestiri et regalibus indumentis prefulgidis adornari. Vnde sapientie.v. dicit. Accipient regnum decoris et diadema spei de manu dñi ¶ §. vi. de potētia. **Quinta pars beatitudinis est potentia.** Verā ille potentiam obtinet qui quecunq; voluerit facere potest: qd quia nullus hic valet facere: nec verā potest potentia hic habere. verū in futuro bonus quicquid voluerit facere pōt. qm ipsum omnipotētē in omnibus suo voluntati p̄cordantē habebit. Qn ergo cū tanto honore et cum ceteris prelibatis hāc adeptus fuerit omnipotētā: nō video qua ratione possit cupe re ampliore. Om̄s enim omnipotētēs erunt sue voluntatis: si cut deus sue. Nā sicut deus potest quicquid vult per seipsum ita poterunt illi quicquid volent per seipsoſ. quia sicut illi nō aliud volent q̄ p ille: ita ille volet quicquid ip̄i volēt: et quod ille volet non poterit non esse. **Paragraphus. vii. de securitate** **Sexta pars beatitudinis est securitas.** In hac vita nihil potest aliquis habere de quo securus valeat esse. sub eodē enim momento pauper ex diuite. tristis ex leto. infirmus ex sano. mortuus ex viuo. nec securitatē hic hz. In futuro autē bonus qscq; securitatē pfectā habebit. q̄a quicqd voluerit obtinebit. et nihil ex eo se amissurū timebit. Ber. O ciuitas celestis. secura mansio. patria totū cōpleteſ qd delectat. pp̄lus sine murmure. incole quieti. homines nullam indigentiam

Pars quinta.

habentes. Oꝝ glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Augu. ſic
quiꝝ loqꝫ. Ibi erit ſumā ſecuritas. ſecura trā
quilla iocunditas. iocūda felicitas. felix eternitas. eterna be
atitudo. De hoc require ſupra in tertia dote anie. ¶ §. viii.
de gaudio. ¶ Septima pars beatitudinis ad aniam ptimentis
eft gaudiū. Gaudiū pfectū ſolus ip̄e potest habere qui om̄s
pdictas ptes beatitudinis pualet obtinere: quaꝝ nullam ho
mo hic habere potest. Patet: quia nec gaudiū ſumū. In fu
turo aut̄ bonus quiſq; tūc oīno gaudere poterit. quia pfecte
pdictas omnes ptes obtinebit. Quid ergo beatius iſto quo
tunc replebit iustus gaudio. Adhuc tñ ad cumulū beatitu
dinis ſue aliud habebitvnde amplius gaudere poſſit. Quia
enī quiſq; ſic altervlt ſeipm amabit: patet q̄ ſic de illius feli
citate ſicut de ſua gaudebit. Quot et quāta gaudia quiſq; be
atus habebit qui de tot et tantis beatitudinibus sanctorum
gaudebit. Qui ſi de aliis quosvt ſe diliget: tā ineffabilit̄ iu
bilabit q̄tū de deo quē plus q̄ ſe diligit exultabit. Gaudiū
enī erit ei intus /extra/ ſurſum/et deorsū gaudiū circūquaꝝ
Cuilibet eoꝝ erit gaudiū ſupra ſe de diuina viſiōe. Intra ſe
de ſui glorificatione. Infra ſe de ſuppliciorꝝ infernaliū eua
ſione. Circa ſe de sanctoꝝ āgelorꝝ et hominum ſocietate io
cuđiſſimā. Extra ſe de mundi formoſitatem gratiſſimā: vbiq;
gaudiū plenum erit. Auguſti. Ibi nihil obeft: nihil deeft q̄d
appetaſ. nihil intra quod fastidiaſ. Ibivita ſine morte. iuñe
tus ſine ſenectute. ibi lux ſine tenebra. ibi gaudiū ſine tristi
tia. ibi pax ſine diſcordia. ibi voluntas ſine iniuria. ibi mer
ces sanctoꝝ tam magna eſt q̄ nō potest mensurari. tā mu
lta q̄ non pōt numerari. tam copioſa q̄ nō pōt finiri. tam p
cioſa q̄ non potest estimari. Idem. Illud aut̄ q̄d pmittit de
us fide nō capiſ. ſpe nō attingiſ. caritate nō cōphendif. deſi
deria etvota trāſcendit. acqri pōt et estimari nō pōt. Ibi ni
hil q̄d amabiſ deerit. ibi nihil deſiderabiſ q̄d nō affit. Propt
q̄d ſicut ſcriptū ē iſa. lii. Gaudiū et letitia inuenief in ea .i. i
ſupna hieruſalem. gratiarꝝ actio etvox laudis. Et. lxv. Ecce
ego creo hieruſalem exultationem ⁊ populum eius gaudiū.
Notate verba. Hieruſale et populus eius tanta plenitudine

(Pars quinta.

73

gaudii pfruenſ: ut nō ſolū dicant exultatiōe et gaudio reple
ri uel etiā cumulari: ſed magis eſte iſtū gaudiū. qā gaudiū
oīno ſupexcedit in eis. Item. lxvi. Letamini cū hieſlm ⁊ ex
ultate cū ea. Om̄s qui diligitiſ eā gaudeſte cū ea gaudio vni
uersi: qui lugebatiſ ſup eāv̄t ſuggatiſ et repleamini abvberē
ſolatiōiſ eius: ut mulgeatiſ et delitiis affluatiſ ab oīmoda
gla eius. Vñ bene et deuote loquēs anſel. de hoc gaudio ait
Cor humānū. cor indigens. cor expertū. erūnas. imo obrutū
erumniſ q̄tū gaudeſes ſi hiſ oībus abundareſ. Interroga in
tima tua ſi capere p̄nt gaudiū ſuū de tanta beatitudine ſua.
Sed certe ſi quis aliud quē oīno ſicut teipſum diligereſ: idem
gaudiū eandēq; beatitudinē haberet: dupliſareſ gaudiū tuū
qā nō minus de illius bono q̄ de tuo gaudeſes. Si vero duo
uel treſ uel multoplures iſiſlū haberēt: tātū inde p ſingulis q̄
tum p teiſpo gaudeſes: ſi ſinguloſ ſicut teipſum amareſ. Er
go in illa pfecta caritate innumerabilū angelor̄ et hominū
vbi nullus minus diliget aliū q̄ ſeipſum: non aliter gaudebit
quiſq; pro ſinguliſ q̄ p ſeipſo. Si ergo cor hominiſ vix capiet
gaudiū ſuū de tanto bono ſuo: quō capax erit tot et tantor̄
gaudior̄. Et vtiq; quantū quiſ diliget aliquē: tantū de bono
illius gaudeſet. ſicut in illa pfecta felicitate vnuſquiſq; ſine co
paratione dei ſe et omnes alioſ ſecum: Ita plus gaudebit
abſq; dubitatione de felicitate dei q̄ de ſua et oīum alioſ ſe
cum. Sed ſi deum ſic diliget tota mēte/toto corde/ut tñ tota
mens/totū cor/ tota aia nō ſufficiat dignitati dilectiōiſ dei.
nec dignitati gaudior̄. Non ergo totū gaudium intrabit in
gentes: ſed toti gaudenteſ intrabunt in gaudiū. Peto domi
ne medef intus inde mens mea. loquaſ lingua mea. aruet il
lud cor meū. ſermocineſ os meū. eſuriat illud anima mea. ſi
tiat caro mea. deſideret te tota ſubtantia mea: donec intreſ
in gaudiū domini dei mei. Predicte ſeptē beatitudiniſ par
teſ ad treſ dotes aīe ſupiuſ enumerataſ p̄nt reduci. Nā ſapi
entia ad primā dotē reduciſ. amicicia/pcordia/ et gaudium
ad ſcdam. honor/potestas/ et ſecuritas: ad tertia.

**(Sermo. vi. de ſeptē p̄tibus beatitu
dinis corporis: p̄tines §. xi. **¶** §. i.**

Pars quinta.

Similiter enumerat ansel. septē ptes btitudinis ad cor
pus pertinentes . Prima pars est pulchritudo.miserie-
¶ p̄ trariū turpitudo. Est aut̄ pulchritudo bonū quoddam
qd naturalit̄ a cūctis desiderat̄ haberi. In illa siquidē vita pul-
chritudo iustor̄ solis pulchritudini compaf̄: qui tūc septēpli-
citer q̄ modo sit clarior ⁊ splendidior erit. Vnde scriptū est
mat. xiii. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorū. Am-
plius: corpus dñi claritati solis plucere nemo pōt ambigere
hunc aut̄(teste aplo) similes erim⁹. qui ait ro. viii. Reforma-
bit corpus hūilitat̄ nostre p̄figurat̄ corpori claritatis sue.
Hac auctoritate cōprobata . Si q̄s etiā sibi velit rōe pbari cre-
do nulli debere incredibile videri: iustos pulchritudinē solis
in illavita ubi mortale hoc absorbef tanto mō sortiri: cū ve-
re dicant̄ ⁊ sint téplū et sedes dei . qd nusq̄ in diuina pagina
iuenimus de istovisibili sole legi. ¶ S. ii. de agilitate corporis
gliosi. ¶ Sc̄a ps btitudinis est agilitas. In futuro tāta nos
velocitas p̄comitabif: ut ip̄i eque celeres ágelis dei sumus q̄
de celo ad tr̄as et ecouerso dicto citius dilabūf. Que celeri-
tas si vtrū sit in ágelis pbari necesse esset. exépli grā dici pos-
set hoīem mortali adhuc carne grauatū mox a iudea p̄ agē
lū in caldeā delatū : indeq̄ tradito prādio qd deferebat sine
mora relatū. q̄ cū istis oīo par velocitas nob̄ erit: qbus sicut
pmissa est illor̄ eq̄litas nobis inerit. Ap̄ls etiā q̄ corpora n̄a
ḡtūcūq̄ locor̄ vite et capedine separata mēbrat̄ fuerint vel di-
spersa: in ictu oculi afferit resurrectura: satis innuit quāve-
locitatē eadē corpora iā incorruptibilia sint habitura. Corru-
ptibile enī hoc(sicut ip̄e testat̄) icorruptionē induet. ⁊ morta-
le hoc imortalitatē . Huius quoq̄ velocitat̄ exéplū in radio
solis possumus intueri / q̄ statī orto sole in plaga oriētali p-
gitvſq̄ advl̄tima plage occidētalis. ut in eo pp̄edamus nō es-
se ip̄ossible qd de n̄a dicim⁹ velocitate futura. Huic etiā ra-
dio solis sile exéplū velocitatis habemus in nobis. Radi⁹ q̄p
pe oculor̄ nr̄oꝝ in subleuatōe palpebraꝝ ad usq̄ celū ptin-
git ⁊ ac ictu eas totus m̄ lemetip̄m ac in tr̄a redit. Amplius
p̄stat sc̄or̄ anias q̄ iā celestia tenēt nec dū plena felicitate p-
frui donec incorruptibilitate suor̄ corporor̄ potiant̄. quā cū
adepte fuerint nō est qd āplius velint. Hec itaq̄ corpora si eas

Quinta pars.

78

ad suā felicitatē tardiores aut grauiores efficere deberēt: ni
mir̄ eorū p̄sortiū potius abhorrent q̄ appeterent. **¶ §. iii.**
de fortitudine. **¶** Tertia pars beatitudinis ad corpus p̄tinē
tis est fortitudo. p̄stabūt viribus qcunḡ meruerūt ā gelicis ci
ubus sociari intantū ut nullatenus illis quicq̄ obsistere vale
at. uel si mouēdo quid aut euertēdo voluerint a statu suo qn
ilico cedat. nec in eo qd dicimus maiori laborabūt conatu q̄
nos mō in oculorū motu. Neq̄ silitudo illa ā gelorū nostro ca
dat ab aio quā adepturi sumus in futuro q̄tinus si in hac for
titudine aut in his q̄ dicturi sumus. Exemplū aliud nō occur
rit. uel ipsa p̄ quā angelis adeqbimur ad ea cōprobāda p̄sit.
Sic igif̄ in quibus angelos valere p̄stat n̄ra nihilominus for
titudo valeat. Neminē aut̄ qui dubitet puto existere angelos
ea q̄volunt fungi fortitudine. Cū igif̄ si lēs eis fuerimus nūq̄
imbecilliores illis erimus. In futuro igif̄ iustus sic fortis erit
ut etiā si velit terrā cōmouere possit. Sed fortasse queret ali
quis. quid nobis tūc illa fortitudo p̄stabit cū singulis tāta re
uerēta ut p̄ueniētius nequeāt vbiq̄ dispositis nil mutandū:
nil euertendū: nil standū sit in quo vires suas quis exercere
possit. Qui hoc dicit attēdat. q̄ nō sp̄ oībus q̄ habemus et q̄
nos nō parū h̄re gaudem⁹ actuūtmur: verbi grā. Ip̄lovisu po
testate aliq̄ nōnullarū scia rerū. Sic et de multis aliis in hunc
mođ. Sic et tūc de q̄ agim⁹ fortitudine erit. Sola nāq̄ posses
sio ei⁹ ḡta nob̄ erit. et exultatio grādis. lic̄ i actu nō sit nobis
necessaria. Cūctis ut dictū ē in suo statu p̄uenient aptat̄ hec
eadē q̄stio si aut de velocitate aut de alia b̄titudis pte moue
atur: hac solutōe si n̄ aptiorē lector inuenierit dissoluaf **¶ §.**
iii. de libtate. **¶** Quarta pars b̄titudis ad corp⁹ p̄tinētis ē li
btas. lib̄ ē q̄ cogi nō p̄t ad ea q̄ nolit. nec phiberi p̄t ab ea q̄
velit. Sed qs in hacyita hāc libtātē possit h̄re. qs nō quotidie
patif̄ qd nollet. qs asseqlalet omē qd vellet. In fuſo aūt qcun
q̄ āglis assilabunt̄ eorū q̄ libtātē neccio assequēt̄. Itaq̄ sicut
āglis nihil obsistit. nihil eos ipedire p̄tvl̄ p̄stringē: qn puelle
suo cūcta librime penetrēt. Ita n̄ erit obstaclm qd nos retar
det. nulla clausura q̄ nobis aliq̄tenus obſtet. nō elementū qd
nobis ad velle nostrū p̄nū nō extet. Amplius dñicūm cor
pus cui corpora nostra paulus configuranda testatur clauso

Pars quinta.

sepulchro a mortuis resurrexit. Hoc etiā ad discipulos clavis ianuis palpandū introiuit: nobis quoq̄ in hoc future libertatis documentū grande reliquit. In illa vita si bonus fuerit uel patiens qd nolit: sed agere pmitet qcunq̄ voluerit. ¶ §. v.
de sanitate. Quinta pars beatitudinis ad corpus ptinent est sanitas. Miserie vero infirmitas illa hō ab ortu suo care re: hanc aut̄ incipit tolerare. Ex quo ei nascit primavox eius indicat q̄ patias. Mox nāq̄ incipit esurire/sistire/lacessere: suis in pānis sordescere. Hic cecus/uel surd⁹/mutus/uel claud⁹ cardiacus/uel scabiosus/leprosus uel palitic⁹: aliove morbo efficiē infirmus. qā tñ eius infirmitas quibusdā medicamentis leniri pōt: nō sūme infirmitati subiacet. Verū in futuro sic sanus erit q̄ nullatenus infirmabit̄: sed summa sanitate frueſ. De hac sanitate quid melius dici pōt q̄ qd psal. canit. Salus iustor̄ a dño. Verū de ista sanitate quā in futuro seculo habebimus qd exemplū afferre queā: ut q̄ sit intelligat: nō video. quia nil sanitatis qd ei cōparare possim aut ego in me aut aliquis in mortali corpore carne degens sensit in se. In futuro aut̄ absterget deus omnē lachrymā ab oculis sanctor̄ et iā nō erit amplius neq; luctus/neq; clamor/neq; ullus dolor: q̄ p̄ma transierūt et nō esurient neq; fitient āplius neq; cadet sup illos sol nec ullus estus. qm̄ dextera sua deus teget eos et brachio suo sancto defendet illos. Quid igis eis noce-re poterit quibus dextera dei tegmentū erit? Qualis aut̄ sit illa sanitas scio me nec meo nec alicuius sensu uel expimēto accepisse. credere tñ licet et incūtanter astruere sanitatē vīte fuse: ita iugē incōmutabilē ac iuviolabilē fore ut ineffabili quadā dulcedine totū hoīem replete: et om̄e qd alicuius ī se vicissitudinis et mutabilitatis et lesionis suspicionē p̄tende-re queat: p̄cul arceat ac repellat. ¶ §. vi. devoluptate. Sexta pars beatitudinis ad corpus ptinētis est voluptas. hāc cū in hac vita hoīes querūt nō nisi p̄ anxietatē inuenire queūt. Cūq; ad id puenerit q̄ voluptatē putant: nō nisi laborādo eo p̄frui valent: quo si etiā imoderatus vīsi fuerint rursū eis in anxietatē pueris. Post hanc vero vitam aut in oīmoda voluptate sunt: aut oīmoda replebunt̄ anxietate. Sicut enī fer

Pars quinta.

97

rum ignitum qua^q sui parte ptinet ignem. sic in se boni voluptatem: malivero sentient anxietatem. Hanc voluptatem neminem inuentum esse puto qui eamvt est senserit vel gustauerit: ut illius saporem vel habitudinem aliis declarare possit. Sit tamen ante mentis oculos (exempli causa) homo aliquis qui tam in i^pis oculorum suor^x pupillis q et in singulis membris ferrum ignitum: et candens infixum habeat: ut nec medulle nec intestina: nec omnino quidquā in corpore eius cruciatus immanitate careat. uel ea leuius q in oculis sentiat. Quid dicam angustias. Quis istum sane mentis estimet inter ista. Eodem modo: sed penitus contraria consideratione in illa vita futura delectatō quedā inestimabilis bonos inebriat: et inestimabili dulcedine sui totos eos innarrabili quadam exundantia faciabit. Quid dixi totos oculi/ aures/ manus/ os/ nares/ guttur/ cor/ iecur/ pulmo/ ossa/ medulle/ exta: etiam ipa et cuncta sigillatum et singula membra eos mirabilis delectatōnis et dulcedinis sensu replebitur: ut homovere totus torrente voluptatis dei potef: et ab vbertate domus eius inebrie*¶ Paragraphus septimus:* q non erunt ibi delectationes carnales. *Hoc aut̄ aduertendū est q non erunt ibi delectationes carnales / siue delectationes que consistunt in usu corporaliū cibor^x et venereor^x. quoniam ista ad vitam animalē ptinent: et sunt nobis brutisq cōmunes. Sed sunt ibi delectationes altissime/ purissime/ et nobilissime: in quibus cum angelis/ sanctis cōmunicamus que p̄sistit in iocundissima dei visione et suauissima fruitione q nobis et angelis est cōmuni. Vnde, math. xxii. In resurrectione neq nubent neq nubentur: sed sunt sicut angeli dei. Quod aut̄ in futuro seculo non vtanc cibis et venereis patet Remota enim vita corruptibili: necesse ē remoueri illa que corruptibilivite deseruit. Manifestū est autem q̄uis istorum corruptibilivite deseruit. Sumunt enim cibi vel pp̄ter nutrimentū vt vitetur corruptio: que possit accidere ex corruptione humidi naturalis. uel pp̄ter augmentū: ut perueiat corpus ad debitā quantitatē. Sed neutrū istorum erit in patria. quoniā oēs eruāt incorruptibiles et oēs indebita quan-*

Pars quinta.

titate corporū resurgent. sicut dictū est supra. ergo usus ciborum nō erit ibi. Similiter cōmixtio maris et femie corruptibili vite deseruit. Ordinat̄ enī ad generationē ut p eam p̄ser uetur in specie. qđ nō potest in individuo p̄seruari. Cū igitur om̄s homines in futuro sint incorruptibiles: nulla erit tunc hominū generatio. Si aut̄ dicas q̄ tunc erit usus ciborū et venereorū: nō ppter p̄seruationē uel ppter augmentū corporis: nec ppter p̄seruationē speciei uel multiplicationē hominum sed solū ppter delectationē q̄ in illis actibus existit: ne desit aliqua delectatio hominibus iūlīma remuneratiōe. Patet hoc incōuenienter et irrationabilē esse dictū. quia p̄stat q̄ il lavita beata ordinatior erit q̄ p̄ns vita. In hac aut̄ vita inordinatū et vitiosū est si quis vtatur hmoī cibis et venereis: ppter solā delectationē et nō ppter necessitatē sustentādi corporis uel p̄creande plis. Nam delectationes q̄ sunt in p̄dictis actionibus: non sunt fines actionū: sed magis econuerso. Est ergo ordo p̄posterus et indecens si operationes ppter solas delectationes exerceant. Nullo igit̄ mō hoc ponendū est in beatissimis quibz vita ordinatissima debet esse. **S. viii.** in quo excluduntur errores quidā. **P**er hoc autem excluduntur error iudeorum et sarracenorū qui ponunt et estimant q̄ hoies post resurrectionē cibis et venereis vtenf: sicut et nunc. quos etiam quidam christiani heretici sunt secuti: ponentes regnum christi futurum in terris terrenū decem mille annis. In quo spacio temporis dicunt eos qui tunc surrexerit immoderatissime cibis et venereis vacatueros. In quibus cibus sit tantus et potus ut non solum nullam modestiam teneant: sed modū quoq; ipsius credulitatis excedant. Sed ista nullomodo nisi a carnalibus credi possunt: qui sola carnalia sapient: et spiritualia et eterna minime gustauerunt. **P**aragraphus. ix. ubi agitur in contrariū. **S**unt autem aliqua que huic opinioni suffragari videntur. Primo quidē. quia adam in statu innocentie vitam habuit immortale. et tamen si stetisset cibis et venereis usus esset. cum illi dictum sit: de omni ligno paradisi comedere. Et crescere et multiplicamini z̄c. Item christus post resurrectionem legitur comedisse luce ultimo. Cū

Quinta pars.

māducasset coram discipulis sumens reliquias dedit eis. Et actuū. x. dicit petrus hunc scilicet iesum. deus suscitauit ter-
tia die et dedit eum manifestū fieri nō omni populo: sed te
stibus preordinatis a deo: nobis qui manducauimus et bibi-
mus cum eo postq̄ resurrexit. Item actuū p̄mo. conuescens p̄-
cepit eis r̄c. Sunt etiam auctoritates multe in scriptura sa-
cra que ciborum usus videtur nobis p̄mittere in illo statu fu-
turo. Dicitur enim isa. xxv. Faciet dñs omnibus populis in
monte hoc coniuicū pinguiū medullator̄ & vindemie defeca-
te. Et q̄ hoc intelligi debeat de statu post resurrectionem: pa-
tet ex hoc quod sequitur. Et precipitabit deus mortē in sem-
piternum. et auferet dominus omnē lachrymā ab omni fa-
cie. Item isa. lxv. Ecce serui mei comedent etvos esurietis. ec-
ce serui mei bibent etvos sitiets r̄c. Et q̄ hoc referendum sit
ad statum futurum: pat̄ ex hoc quod postea subditur. Ecce
creo celum nouū et terram nouam. Item dominus dicit ma-
thei. xxvi. Non bibam āmodo ex hoc genimine vītis vīq̄ in
diem illum. cum illud bibam vobiscum nouum in regno pa-
tris mei. Et luce. xxii. Ego disponovobis sicut disposuit mi-
hi pater meus regnum: ut edatis et bibatis super mensā me-
am in regno meo. Item apocali. xxi. dicitur: q̄ ex vtraq̄ par-
te fluminis quod erit in ciuitate sanctorum: erit lignum vi-
te afferens fructus duodecim per singulos menses. Et. xx.ca-
pitulo eiusdē dicitur. Vidi animas decollator̄ ppter testi-
moniū iesu et uiixerunt et regnauerūt cum christo mille
annis: ceteri mortuorū non vixerūt donec p̄summarent mille
anni. Ex pdictis omnibus pdictor̄ hereticor̄ opinio confir-
mari videſ. ¶ S. x. in quo soluentur obiectioſ. ¶ Sed hec
omia ſane intelligentibus non eſ difficile ſoluere. Quod ei
primo obiciſ de adā nullā habet efficaciam. adam nanq̄ p-
fectionē quandam habuit personalē. nondū tamen erat pfecta
humana natura multiplicatōe hūani generis: nondū ad
huc inchoata. Institutus ergo fuit adā in tali pfectiōe q̄ gene-
ris hūani pncipio cōpetebat. et ideo oportuit q̄ generaret ad
multiplicationē hūani generis. Et p̄ seq̄ns q̄ cibis vteref. Post
resurrectionē autē natura hūana totalr̄ erit pfecta: electorū

Pars quinta.

numero iam cōpleto. Et ideo generatio tūc nō erit nec vſus
etia alimēti: ppter qđ et alia erit imortalitas resurgentium
et alia que fuit in adā. Resurgentes enī sic erūt imortales vt
mori nō possint: nec eoꝝ aliquid possit resolui. Adā aut̄ sic
fuit imortalis ut posset nō mori: si nō peccasset. et poss̄ mo
ri si peccasset. Eius aut̄ mortalitas sic poterat pseruari nō φ
nihil resoluereſ ab eius corpore: sed ut ptra resolutione hu
midi naturalis subueniri posset p ciborꝝ necessariā sumptō
nem: ne corpus eius ad corruptionē veniret. Quod aut̄ obi
citur de christo qui post resurrectionē comedit nō ppter ne
cessitatē: sed ad demonstrandū sue resurrectionis veritatem
Cibus aut̄ ille quē sumpsit nō fuit puerus in carnē eius: sed
in piacentē materiā resolutus. Hec aut̄ comedēdi causa non
erit in resurrectione cōmuni. Auctoritates vero q̄ vident p
mittere ciborꝝ vſū post resurrectionē: spūaliter intelligende
sunt. Nā scriptura diuina parintati nostre intelligētie conde
scendens: pponit nobis spūalia sub silitudine sensibilium: ut
animus noster sensibilibus assuetus ex his q̄ nouit surgat ad
incognita q̄ nō nouit: ut p hoc φ sit nota diligere discat et in
cognita amare. Et p hūc modū delectatio q̄ p̄sistit i cognitio
ne sapie et assūptio veritatis intelligibilis in intellectū no
strū p̄sueuit p vſū ciborꝝ in sacra pagina designari. scdm illō
puer. ix. qd de sapia dicif. M̄scuit vinū et posuit mensā suā
et insipiētibus locuta est: venite et comedite panē meū et bi
bitevinū qd misciū vobis. Et eccl. xv. Cibauit enī panevite et
intellectus et aq̄ sapie salutaris potauit illū. De ipsa etiā sa
piētia dicif puer. xii. Lignūvite est his q̄ apprehenderūt eā.
Auctoritates igif allegate nō cogūt nos dicere φ sc̄i post re
surrectionē cibisvtanf. hoc tñ qd positū est de verbis dñi ma
thei. xxvi. pōt intelligi ut referat ad hoc φ ipse cū discipulis
suis post resurrectionē suā comedit et bibit. nouū quidē vi
nū. i. nouo mō. sed nō ppter necessitatē ſz ad sue resurrectio
nis demonstrationē. Et dicit in regno patris mei. quia in re
surrectione christi regnū imortalitatis demōstrari cepit. Qd
aut̄ dicif in apo. de mille annis. dic φ p mille annos intelli
gitur totū tps ecclie in quo martyres regnāt cū christo & aliis

Quinta pars.

21

sancti tam in p̄nī ecclā q̄ regnū dei dicit̄: q̄ etiā in celesti pa-
tria q̄tū ad aias .mullenarius enī pfectiōne significat. Sic er-
go manifestū est q̄ sc̄i post resurrectionē nō vacabāt cibis et
potibus neq; venereis actibus. Ex quo sequit̄ q̄ om̄s occupa-
tiones actiue cessabūt q̄ vident̄ ordinari ad usū ciborū et ve-
nereorū: et ad alia q̄ corruptibilivite sunt necessaria. Sola er-
go occupatio p̄templatiue vite remanebit. Inde est q̄ dicitur
luce. x. Optimā partē elegit sibi maria q̄ nō auferet ab ea in
eternū. **(§. xi. de longeuitate)** Septima pars beatitudinis
ad corpus p̄tinētis: est longeuitas. hec corporis beatitudinē p̄-
ficit et p̄sumat. tūc enī primū om̄s p̄dictas beatitudinis par-
tes corpus habere pōt: cū ea sine amissione retinere valeat.
Nā si eas haberet et tū moriēdo amitteret: qd sibi eas habu-
isse pdesset. ac longeuitatē pfectā habere nō pōt q̄ aliquā mo-
riturus est. q̄tūlibet enī diutius viuat somniū esse sibi videſ
om̄e q̄o vixit cū morit̄. nō ergo longeuitatē hō hic habet qui
aliquā moriēdo necessitatē inevitabilē habet. sed q̄ nūc bñ vi-
xerit: in futuro longeuitatē habebit. quia viuet q̄tū et deus.
Si ergo longa et salubris vita diligif: ibi est eternitas sana et
eterna sanitas. quia iusti in ppetuū viuēt et salus iustorum a
dño. Aug. Vacabimus et videbimus. videbimus et amabi-
mus. amabimus et laudabimus. Ecce quid erit in fine sine fi-
ne. Nā quis alius noster est finis nisi puenire ad regnū cuius
nullus est finis. Nā scriptū est luc. i. Regni eius nō erit finis
Ad illud regnū eterne beatitudinis nos pducat q̄ fidelibus
suis dicturus est in iudicio. Venite bñdicti patris mei: pos-
sidete paratū vobis regnū a pstitutione mūdi. Iste septē bea-
titudinis partes ab aſelmo p̄dicto reducunt̄ ad quattuor do-
tes corporis supius assignatas. Nā pulchritudo reducif̄ ad
claritatē. fortitudo. sanitas. longeuitas: ad impassibilitatē.
libertas et voluptas: ad subtilitatē. agilitas autē p̄prio noīe
nūcupat̄. Hee sunt. xiii. partes beatitudinis quas beatus an-
selmus enumerat licet nō eodē ordine psequaf̄.

**Sermones de quattuor no-
vissimis finem habent.**

n. iii.